



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

9. An generales possint eximere subditum ab abedientia Prioris, Rectoris, Præpositi, vel Provincialis? Et an generalis non possit dispensare in pœnam positam à Prælato inferiori sine consensu ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

De Dubiis Regularium. Resol. VIII. &c. 7

dicere non potest, non tenetur cum socio, quia surdus est. Idem dicendum est de surdastro, qui non tenetur dicere cum socio, quia esset magnum grauamen socij, & praecepta humana non obligant cum tanto onere. Ita ex Suarez, & Fillio docet Rocabull, vbi supra n. 316, quibus adde Trullench, in De cal. tom. 1, lib. 1, cap. 7, dub. 28, num. 9.

RESOL. VIII.

An Generales Religionum possint aduocare ad se causas pendentes coram inferioribus Prelatis? Ex p. 6. tr. 8. & Milc. 3. Ref. 35.

§. 1. N^o Egativè respondet Portel, in dubiis Regularium, verb. Prelati potestas, n. 8. cui addi nouissime Leonem Zambellum, in Repertorio Moralis, verb. Prelatus, n. 34. vbi sic ait: Prelatus maior non potest aduocare suo Tribunalis causa quam incepit Prelatus inferior in prima instantia, nisi fuisset interposita appellatio talis grauaminis quod sufficeret pro huiusmodi aduocacione. Sint ergo Prelati cauti, & recordentur doctrina S. Concilij Tridentini sess. 24. c. 10. nec se ingerant in causis spectantibus ad immensos Superioris, sed si cognoscant necessitatem, ad sumnum assignent Collegam, qui vna cum Prouinciali causam expediat. Ita Zambellus.

2. Aliqui vero affirmativa sententia adherent seclusi constitutionibus in contrarium ex votu Obedientie quo omnes Generalis Ordinis obstringuntur, & ideo ratione maioris obligationis, & subiectonis subditorum possunt hanc facultatem exercere aduocando ad se causas. Hinc assertum quod voluntas Prelati inferior subiectitur voluntati Superioris ratione voti Obedientie, vt notat Suarez n. 22. loci citati, unde non potest esse efficax contra voluntatem Superioris; ino nec iusta, quia ratione voti ex iustitia obligatur se conformare cum voluntate Superioris. Ergo non potest Prelatus inferior velle prosequi causam coram se pendente, nisi cum consenti Superioris, & si vellet iniuste veller: ergo ob huiusmodi subordinationem, & dependentiam est in potestate Generalis, quod Prelatus inferior prosequatur causam ad se pendente, vel non prosequatur: nam sicut est in potestate ipsius voluntas inferioris Prelati, ita etiam omnis tuus, & iurisdictione ipsius; cum haec sequantur voluntatem, & ideo aduocando ad se causam, facit actum suae potestatis. Verum haec ratio parum virgeret apud Portel, & Zambellum, nam concedenter Generales habent omnimodam iurisdictionem in subditis, sed regulatam, & restrictam secundum Canones, sed Concilium Tridentinum, nouissime satis declarata, primas instantias tractandas esse ante locorum Ordinarios. Ergo. Respondendum est igitur tenendo opinionem affirmativa, posse Generales aduocare ad se causas pendentes non solùm ex supradicta ratione potestatis in subditos, sed quia illud Decretum Concilij nihil innovat quoad Regulares, vt ex Sacra Congregatione, & ex Aldrette, & Riccio obseruat, & docet Nouarius in novo iure Pontificio concl. 34. n. 12; vnde pater responso ad principium ex quo negavit lentiem tenuit Portel, & Zambellus. Verum affirmatiuam lentiem in praxi nisi ex urgentissima causa, & quasi coacti Generales minime admittant.

RESOL. IX.

An Generales possint eximere subditum ab obedientia.

Prioris, Recloris, Prepositi, vel Provincialis?

Et an Generalis non possit dispensare in penam positam à Prelato inferiori sine consensu predicti Prelati inferioris?

Et quid si dictus inferior Prelatus obiisset, vel vacasset? Ex p. 9. tract. 9. & Milc. 4. Ref. 38.

§. 1. Affirmativa sententia adhæret Pellizzari, in Man. Reg. tom. 1. tr. 4. sect. 6. n. 167. ex Suarez; quia Prelatus inferior pendet in suo officio à Superiori: ergo & in iurisdictione, & consequenter in quantitate, seu amplitudine iurisdictionis: tum quia inferior Prelatus est subditus Superiori: ergo si Superior præcipiat, vt in hac, aut illa re non se introrritat, teneretur ei obediere, supponendo in eo præcepto nullam reperiri turpitudinem; sive etiam Prelatus poterit ei limitare potestatem: Tum denique quia Prelatus viuieralis potest immediate præcipere omnibus subditis: ergo & potest eis prohibere, ne in hac, aut illa re obediant inferioribus Prelatis: ergo etiam hoc pacto poterit limitare facultatem illorum, cum eius potentia, & voluntas sit efficiacior. Verum tamen est, quod non sine graui causa talis exemptione concedi debet, alias concessio erit illicita, quamvis valida. Ita Pellizzari.

2. Sed negativa sententia mihi placet, quam præter Sylvetrum, Mirandam, Peregrinum, Rodriguez, & Levanam à Pellizaro citatos, tenet doctor Bordonus in consil. Regul. tom. 2. refol. 80. n. 49. quia, ait ille, sicut ipsem subditus hoc præscribere non potest, cap. Sicut nobis 17. de Regul. cap. cum non liceat, de prescript. Ita neque Superior huius occasionem dare non potest. Aliam rationem adducit Portel, in dub. Regular. ver. Generalis, n. 3: & Leandrus à Murcia in qd. Regul. cap. 4. super cap. 8. Reg. n. 6. vbi sic ait: [No puede el General eximir a algún Fray de la iurisdicción ordinaria de su Provincial, ó de su Guardian, ó Prelado local, por que se seguiría manifesta contradiccion moral, y que si este subdito y no lo fuese, y gran confusión y causa de pleitos.] Ita ille quibus addit. Peyrimum ad Consil. 5. Intit. 11. num. 6. Vnde apparet hanc sententiam esse communem inter Doctores; fateor tamen posse Generalem facere aliquam gratiam alii cui subdito, vt v. g. non accedat ad matutinum, vel non comedat in Refectorio, aut non legat in mensa, & similibus.

3. Notandum tamen est hic obiter cum eodem Sup. concreto in hoc §. in tom. 3. tr. 2. Ref. 45:
Leandro, quod Generales Religionum [no pueden dispensar en la pena impuesta por el Prelado inferior, v.g. por el Provincial, como se collige del Concilio Tridentino en la Session 24. de reformatio-ne, en el cap. 1, sin consentimiento del mismo Prelado inferior, salvo si el Prelado, que puso la pena fuese ya muerto, ó huviiese vacado, que en tal caso podria el General dispensar; y tambien lo podria hacer, si el mismo caso llegasse á el, ó se deboluiesse por via de apelacion.] Ita ille:

RESOL. X.

An Regularis in casu iuste appellationis possit, omisso medio, non appellare ad Provincialem, seu ad Generalem?

A 4 Generalem